BN Lat. 3343, f. 4r

Duo ~~versus~~ precedentes duos ultimos sunt duplices caudati. et cathenati. et retrogradi sub eodem colore voce et significatione.

Qui non assuescit virtuti dum iuvenescit
a viciis nescit discedere quando senescit
quando puer crescit si non metuenda pavescit
Illi decrescit honor omnis quando senescit

40v Nicasius contra Lambertum

Mens tua docta linguaque previa. grandia fantur
Et licet omnia. sint quasi tempora que meditantur
Hec teneas si me moneas ad versificandum
- -

15 Acta prius taceas numquam moveas retro tacta
facta voco paleas. plus non timeas tibi pacta
Si mentem flectas series metri lege rectas
18 Si non. sed lectas vennas. versa vice nectas,